se continere maluit, quam Romani Imperij Majestatem so-
lemniter sibi delatam acceptare. Quemadmodum igitur bo-
ni ac pij Principis officium hoc est, ut salutem civium ac
subditorum suorum, quae in pace et tranquillitate ver-
titur sibi habeat commendatissimam; Ita n. hac modera-
tionis suae parte celebris est Noster. Amplissimam r. de
se conceptam expectationem tantum abest ut fallat ille,
et n. meritorum multitudine longè eandem superet, satis su-
apte demonstrans, se sanguinis humani observantem, concor-
diae amantem, et omninò pacis cupidissimum esse. Decrediceret
hoc beneficium nostra Lusatia; quandiu r. magnum hanc re-
gionem Dom: Regem 1. Principem habuit, hostilem non vi-
dit exercitum. In totum idem beneficium offert Misnia, il-
la siquidem sub Electoratu ejusdem Principis perpetuâ
securitate ac tranquillitate in hunc usq diem floret. Et
multis? Lex, par honesta nostro in rebus secundis, eadē
et in hostium adversis, etiamsi cum fortuna, tum et poten-
tiâ suadeant vindictam, coronamq triumphalem manu qs. por-
rigant, cave semper est cordi. Hannibalem, cū
fossam cruore plenam humano vidisset, superbè dixisse fe-
runt: O formosum Spectaculum! At v. quam lau-
dabilius noster exclamaret: O crudele Spectacu-
lum! Volesus, sub Augusto Proconsul Asiae, cum
trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadave-
ra vultu superbo, rem, nescio quam, laudabilem expedi-
visset, ita proclamasse legitur: O Factum Regium!
At v. Noster, si Spectator fuisset, quam ocissime in-
clamasset: O Factum Tyrannicum!

Videtis, Auditores, quàm commune, quàm eximium sit,
quod felices nos, felicem illum praedicamus, aeternaque
vota nuncupamus, ut porrò Deus, Ejus Prote-